



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXIX. Bischof Albert von Halberstadt genehmigt die von dem Kaiser Karl IV. vorgenommene Errichtung eines Stiftes auf dem Schlosse zu Tangermünde, am 13. Juni 1377.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XXIX. Bischof Albert von Halberstadt genehmigt die von dem Kaiser Karl IV. vorgenommene Errichtung eines Stiftes auf dem Schlosse zu Tangermünde, am 13. Juni 1377.

Albertus, Dei et Apostolice sedis gracia Episcopus Halberstadenfis, Honorabilibus preposito et Canonicis Capelle seu Collegii Sanctorum Johannis Baptiste et Johannis Ewangeliste in Castro Tangermundis, nostre Halberstadenfis Diocesis, Salutem in Domino sempiternam. Ad perpetuam rei memoriam notum esse volumus Vobis omnibusque et singulis Christi fidelibus presentibus et futuris, Quod gloriofissimus princeps et Dominus noster, Dominus Karolus quartus, Romanorum Imperator et Bohemie Rex Inuictissimus, nobis instanter supplicauit, quatenus Collegium vestrum, scilicet Capellam Sanctorum Johannis Baptiste et Johannis apostoli et ewangeliste in castro Tangermundis nostre Halberstadenfis Diocesis predictae, per eundem Dominum Karolum Imperatorem et Marchionem Brandenburgensem ob diuini cultus augmentum fuorumque progenitorum et Marchionum Brandenburgensium salutem sollempniter nouiter erectum, fundatum et dotatum, ac ipsius Capelle erectionem, foundationem et dotacionem, nec non unionem ecclesie parochialis in Tangermundis, cuius Juspatronatus ad ipsum tanquam Marchionem Brandenburgensem pertinere dinoscitur, quod quidem jus dicte Capelle seu Collegio vestro donacione in perpetuum valitura pro se et suis heredibus, nec non successoribus Marchionibus Brandenburgensibus libere donauit, eidemque Collegio vestro per Reuerendissimum Dominum, Dominum Thomam de Amminatis, Electum Nymociensem, apostolice sedis nuncium ad hoc speciale mandatum seu auctoritatem habentem, unitam et incorporatam ac ipsius prepositure ac prebendarum uestrarum, prepositique et Canonicorum creationem et institucionem, nec non Curiarum Canonicalium, prepositure et Canonicorum ipsorum et ipsarum diuisiones, distinctiones et situationes, prout presatus Dominus Karolus Imperator diuisit, distinxit seu fecit distingui et situari, quibus omnibus et singulis sic per eundem Dominum Karolum Imperatorem Serenissimum et fundatorem vestrum ordinatis et factis tunc in loco Tangermundis personaliter interfuimus, aliaque inde secuta, ex nostra certa scientia omnem defectum si quis in premissis commissus fuerit tollendo et supplendo, auctoritate nostra ordinaria roborare et confirmare dignaremur, Et nichilominus vobis preposito et Canonicis qui pro tempore fueritis indulgere, vt Vos prepolite et Canonici, qui estis actu instituti, et alias instituendi in futurum, valeatis more Ecclesie pragensis horas uestras Canonicas in dicta Capella seu Collegio vestro in honorem Dei omnipotentis dicere et debitis suis horis decantare. Nos igitur Albertus, Episcopus Halberstadenfis prelibatus, qui ab etate tenera pia deuocione augmentationem diuini cultus dileximus, ac prout eciam ex iniuncto nobis presulatus nostri officio, cui disponente Domino licet immeriti presidemus, jugi cogitatione intendere, submonendo noxia et augendo profutura, nos conspicimus obligatos, huiusmodi petitiones dicti Domini Karoli Imperatoris, qui quamuis dictum vestrum Collegium, sic vt presertur per ipsum institutum, competentibus redditibus et bonis dotauerit, intendit tamen ex sue largitatis munificencia, cum se facultas obtulerit, vberioribus atque amplioribus sublimare, prout nobis presentibus et audientibus constanter asseruit et facere promisit, tamquam iustas et rationabiles duximus non immerito admittendas. Ideoque dicte Capelle sanctorum Johannis Baptiste et Johannis Apostoli et Ewangeliste seu vestri Collegii predicti erectionem, prepositure et prebendarum creationem, dotacionem et fundacionem prepositique et Canonicorum institucionem, ecclesie parochialis opidi Tangermundis predicti ad dictum ve-

strum Collegium vnionem seu incorporacionem factas, curie seu aree dotalis dicte parrochialis ecclesie funiculialem diuisionem et distinctionem, distributionem et situacionem factas et ordinatas omnesque et singulos redditus, fructus, bona, res, iura et prouentus, quorum possessionem iam tenetis et habetis, et que dante Domino in posterum acquirere poteritis et adepti fueritis, nec non priuilegia noua et antiqua vobis a quibuscunque concessa, consuetudines rationabiles et statuta rationabilia et iuri consona per prepositos et canonicos vestros statuta et statuenda approbamus, ratificamus et recipimus atque auctoritate ordinaria predicta in Dei nomine presentibus ex nostra certa scientia confirmamus, Saluo iure nostro ordinario consueto et debito, quod nobis et successoribus nostris ac dominis Archidiaconis pro tempore existentibus, prout ad quemlibet nostrum spectauerit, saluum referuamus. Recipientes ex nunc prefata omnia et singula bona, res, fructus, redditus et prouentus, iura et obuenciones, quibus vos et dictum vestrum Collegium dotati et fundati estis, et que actu tenetis et acquirere in antea, sub pacem et protectionem nostram et successorum nostrorum. Segregantes et liberantes ipsa omnia quantum in nobis est ab omni iurisdictione, aduocacia, coercionem, potencia et manu Laicali seu temporali quacunque. Transferentes dominium vel quasi tam directum quam vile omnium premissorum in usum, proprietatem, libertatem ecclesiasticam et in possessionem ipsius, prout prefatus Dominus Karolus transtulit, ipsam segregauit et appropriauit et dotauit pro se suisque heredibus et successoribus supradictis. Et ne dicti Domini Karoli Imperatoris pia intencio temere defraudetur, adiciamus firmiter statuentes, vt si forsan, quod absit, per laicalem potenciam seu per abusum et infollenciam secularis potestatis contingeret, vos prepositos et Canonicos vestros predictos, qui pro tempore fueritis, a dicta Capella seu Collegio amoueri seu expelli, quo minus diuina officia in ipsa peragere et horas Canonicas inibi dicere et libere decantare possitis, ex tunc eadem officia atque horas in ecclesia parrochiali intra opidum Tangermundis predictum absque fraude dicere et libere decantare valeatis, vobis etiam auctoritate presentium indulgemus, ita videlicet, quod cessantibus huiusmodi potencia infollencia et abusu, eadem officia et horas in dicta Capella seu Collegio nulla quesita occasione resumere teneamini secundum dicti Domini Karoli Imperatoris et fundatoris piam intencionem ac etiam ex tunc effectualiter resumatis et peragatis sicut prius. Nulli ergo hominum liceat, dicti Domini nostri Karoli magnifici Imperatoris fundacionem atque institutionem nostramque presentem confirmacionem infringere vel ausu temerario qualitercunque contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, nouerit se indignationem omnipotentis Dei et dictorum Sanctorum patronorum, scilicet Johannis Baptiste et Johannis Apostoli et Ewangeliste atque nostram et successorum nostrorum incursum. Inhibentes nichilominus vniuersis utriusque sexus hominibus ac eisdem requirimus et monemus sub pena excommunicationis iam late seuerissima, quam pro nunc, prout ex tunc in contrarium facientes serimus in hiis scriptis, ne quis personas vestras qui pro tempore fueritis, bona, res, iura, redditus, oblaciones, fructus et prouentus dicti vestri Collegii, in quibuscunque consistunt, inuadant, occupent, usurpent, subtrahant vel molestent quovismodo. Alioquin volumus atque in hiis scriptis pronunciamus, ex tunc eisdem et quemlibet ipsorum ipso facto dictam excommunicationis sentenciam ex facto iam dampnato incurrisse Tenor vero dicte fundacionis seu Institutionis per omnia sequitur in hec verba: (Urkunde No. XXVIII). Datum et actum in castro Tangermundis predicto anno domini M^o. CCC^o. Septuagesimo Septimo, Idus junii, nostro maiori sub sigillo presentibus appenso. Presentibus Reuerendis in Christo Patribus et dominis, dominis Gherardo Hildeffemensis et Theoderico Hauerbergenfis Ecclesiarum Episcopis. Illustri Wentzelslao

Saxonia et Lunemburgensi Duce, Sacri Imperii Archimarescalco, et Spectabilibus Ottone de Anhalt, Gheuerardo de Manffelt, Conrado de Wernyngerode Comitibus et aliis pluribus fide dignis ad premissa pro testimonio vocatis.

Gercken's Dipl. II, 271—287.

XXX. Kaiser Karl IV. giebt der Stadt Brandenburg auf, die Wendischen Bewohner Kalbu's von dem Hanfgarn und andern Gegenständen, deren sie zu ihrer Fischerei bedürfen, zu keiner Zolientrichtung zu nöthigen, am 24. Juni 1377.

Wir Karl, von gotes gnaden Romischer keyser, zu allen zeiten Merer des Reichs vnd kunig zu Behmen, Embieten den Burgermeystern, Reten vnd Bürgern gemeynlichen der Alten vnd der Nuwen Stat zu Brandenburg, vnsern lieben getrewen, vnser gnade vnd alles gut. Lieben getrewen. Fur vns seint gewest vnser armen lute, die wenden von kolbu vnd haben vns furgeleget, daz sie gerne wolden kawffen zu Brandenburg Hanyffgarn vnd auch andir gerete, des fye zu iren Netzen vnde vyshkorben bedurffen. Dorumb begeren wir an euch ernstlichen vnd wollen, daz ir sie fuliches Czolles, den sie von fulicher Habe vnd ware, die sie in ewirn egenanten Stetten kawffen werden, geben sulden, nu vnd hernach durch vnsern willen vberhebet vnd sie nichten hindert in dheinem weis: daz wollen wir gen euch gnediclichen bedenken, wann sie fuliches tzolles von alters nicht gegeben haben. Geben zu Tangermunde, Nach Cristis geburte dreytzeenhundert Jar, dornach in dem Sibenvndfibenzigsten Jare, an sante Johannis tage des Tawffers, vnser Reiche in dem eyvnddreyffigsten vnd des keyfertums in dem dreyvndtzwentzigsten Jaren.

De mandato domini Imperatoris Nicolaus Camicensis prepositus.

Nach dem Original im Besiß der Gemeinde Carlbau.

XXXI. Kaiser Karl IV. erneuet den Wenden im Dorf Kalbu die Verleihung eines Elbwerrers und der Freiheit von aller Bezahlung, am 24. Juni 1377.

Wir Karl, von gotes gnaden Romischer keyser, zu allen czeiten merer des Reichs vnd kunig zu Beheim, Bekennen vnd tun kunt offenlichen mit diesem brieue allen den, die yn sehen oder horen lesen, das wir vnsern wenden, die zu Colbu vor der Stat zu Tangermunde wonen, die nu sein vnd hernach dafelbest werden, gelihen haben vnd leyhen ouch mit diesem brieue dem werder, der bey Colbw leit in der Elbe, also das sie den haben, genieffen vnd nuczzen sullen czu iren rewfen vnd zu andrer irer notdorft ewiclichen vnd ane alles Hindernisse. Ouch haben wir yn die genade getan vnd tun yn ouch mit diesem brieue, were es, das wir eyne gemeyne